

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cupiditas ab
cum fonte primo

Qualem dicimus esse seriem causarum
ex quibus nectitur fatum,
talem dicimus esse cupiditatem;
altera ex fine alterius nascitur.
In eam dimissus es uitam que nunquam tibi
terminum miseriarum ac seruitutis ipsa factura sit.

Plurima et undique ingesta non saciant,
utrum istorum maius in inopia saturitatem
an in copia famem.

Seneca XIX. epistola.

Qualem dicimus seriem esse causarum
ex quibus nectitur fatum,
talem esse * * * cupiditatum:
altera ex fine alterius nascitur.
In eam demissus es vitam quae numquam tibi
terminum miseriarum ac servitutis ipsa factura sit:
subduc cervicem iugo tritam;
semel illam incidi quam semper premi satius est.
Si te ad privata rettuleris, minora erunt omnia,
sed adfatum implebunt:
at nunc plurima et undique ingesta non satiant.
Utrum autem mavis ex inopia saturitatem
an in copia famem?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 19.6-7 (L. Reynolds ed., vol.1, p.51,
ll.16-24).